



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare sub alia specie sumatur. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Est enim ibi species panis & vini, sicut & sapor  
Vnde aliud videtur, aliud intelligitur.

*Quare sub alia specie.* E

Sub alia a. specie tribus de causis carnem & sanguinem tradidit Christus, & deinceps sumendum instituit: vt fides sc. haberet meritum, quæ est de his, quæ non videntur: quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et ideo etiam ne abhorreret animus, quod cerne- ret oculus: quia non habemus in vsu carnem cruda commedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinẽ nobis cõmendauit. Et etiam ideo; ne ab incredulis religioni Christianæ insulta- retur. Vnde Aug. Nihil rationabilius, quam vt san- guinis similitudinẽ sumamus: vt & ita veritas nõ desit; ridiculum nullum fiat à paganis, q̃ cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidã horror etiã cruoris, in similitudinem accipim⁹ sacramentũ. Ex præmissis iã liquet, qua- re sub alia specie, & quare sub ista hoc sacramentũ Dñs celebrauerit, & celebrari à nobis instituerit.

*Quare sub duplici specie.* F

Sed quare sub duplici specie sumitur, cū sub al- terutra totus sit Christus? Vt ostēderetur totã hu- manam naturã assumpsisse, vt totã redimeret. Pa- nis n. ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus specieb⁹ celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, vt vtriusq; liberatio in nobis significetur. Valet n. vt Amb. ait, ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis vero pro anima nostra offertur, sicut præ- figurauit Moyses. Caro, inq̃t, pro corpore nostro offertur, sanguis, p̃ anima: sed tamẽ sub vtraq; spe- cie sumitur totus: quod ad vtrumq; valet, quia sub

*Greg. in principio. hom. 26. Ioan. 20. in Evangelio.*

*Paschasius in princip. c. 12. lib. de corpore Christi.*

*Paschasius in princip. cap. 12. lib. de corpore Christi.*

*Glossa ord. 1. Cor. 11. Accipite & mandu. etc. in comment. ad 11. c. ep̃. prioris ad Cor. 11. Moysem Dominum annuncians. tit. 1. 5.*